

culi doloribus vexatus, exclamare solebat: O peccatores, si Deus hic in uno membro ita torquet, quid in inferno erit, uni nec membrum, nec musculus, nec nervus sine cruciata erit; Lohner Tit. Infernus §. 6. n. 4.

81. *Terribilis propter ignem inextinguibilem.*

*Job 20.* Devorabit eum ignis, qui non succenditur: ubi Gregor. Neque studio humano succenditur, neque lignis nutritur, sed creatus durat inextinguibilis, & succensione non indiget. S. Chryl. ait: Hic non contingit vehementia pœnarum, & earum diuturnitas, altera enim cum altera pugnat propter conditionem corruptibilis corporis: immortalitate autem succedente solvetur hæc pugna, & utraque mala nos in inferno possidebunt. S. punct. 139. fol. 436.

*Isai. 6.* Ignis eorum non exstinguetur: ubi Tertull. longe alius est ignis, qui usui humano, alius qui Dei iustitiae deservit: hic enim non absumit quod exurit, sed dum erodit, reparat. Quid mirum si æternaliter ardebit; æterna erit materia, æternum pabulum, anima, & peccatum. S. punct. 141. fol. 442.

*Qui poterit habitare de vobis cum igne devorante?* Ignis hic est acerbissimus; 1. quia non sensim, uti noxæ ignis, sed simul & semel omnes carnis particulas, omnes potentias pervadit; 2. quia est in damnato, & damnatus in illo sicut ferrum candens: O quantus in illo sicut ferrum candens: O quantus in illo sicut ferrum candens, si aliquis maleficus condemnatus esset ad carcerem undequaque ignitum. 3. Quia qui libet damnatus erit ignitus, & consequenter unus alterius pœna, sicut unum lignum in rogo urit alterum. Dicitur igitur peccator, si in infernum venero, non ero solus? O miser non eris solus, sed quilibet locutus erit tibi novum tormentum, &c. Segn. Manna 5. Mart.

82. *Ejus gravitas desumitur ex fide, & passione Christi.*

*Thren. 1.* O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Si hoc in viridi, quid in arido. Nihil magis, quam Christi passio infernum declarat. S. punct. 140. f. 440.

Christus Dominus in imminenti pœnarum meditatione sanguinem sudorem sudavit, & tamen juxta Theologos Christi tormenta, licet gravissima, inferni dolores non assequuntur. S. punct. 141. f. 444.

Hæc omnia nobis inculcantur a sancta, & infallibili fide; quomodo ergo possibile est hominem non detereri a peccatis? Querit S. Aug. Unde piget, nisi quia non credis; si enim metu temporalis supplicii omnia facis, cur non faceres metu æterni mali. S. punct. 139. fol. 435.

Daniel, ubi intellexit pœnam a Deo in Regem decretam, totus corruit. Quis non exhorrescat audita pœna æterna; longe enim gravius est cum dæmonibus, quam cum feris vivere. S. Franciscus ferri candentis aspectu lacrymari cepit, nec tamen illi æternus hic ignis visus est, sed tantum temporalis ad cauterium. Amici Job propter vitas illius infirmitates contremiscent. Et quis non contremiscat ad supplicia inferni, si vere illa credit. S. punct. 141. fol. 444.

83. *Terribilis propter tenebras.*

Tenebræ Ægypti vocantur palpabiles, quia homines in tenebris obrantes, nihil omnino discernere poterant, nisi quod manibus palpabant: alii putant densum vaporem, a quo causata fuerant tenebræ, omnino palpari potuisse, sicut nonnumquam fit in nebulis. Porro illæ tenebræ nullo poterant igne illuminari, quod auxit terrorem, visa sunt Ægyptiis inter tenebras horribilia spectra apparere, hinc nullus ausus est se loco movere. In regionibus septentrionalibus, quæ sub Polo jacent, dantur noctes quatuor, quinque aut sex mensium, uti apud Lappones & altos populos. Baronius scribit de tenebris, quæ a quinto Augusti usque ad primum Octobris duravit, & de alia Zonaras, quæ septendecim diebus continuavit. Verum hæc omnia comparari non possunt ad tenebras inferni, &c. D. p. 82.

Tenebræ illæ in inferno oriuntur extrinseci capite: loco, situ, & materia. Ex loco, infernus quippe est vastus hiatus in centro terræ, ubi instar tumuli undique conclusi nihil admittit lucis. Ex situ; quia damnati in orco erunt sicut cadavera in sepultura tempore contagionis; non poterunt se movere, nec palpebras aperire, tanta erit oppressio, quibus incumbet ira Divina. Ex materia, id est ex fumo, quippe sepulcrum istud tartareum profundo habebit ingentem lacum sulphuris, e quo immensa surgent fumii volumina, & iterum desefu exhalationis in se revertentur. Segn. Manna 11. Jul. n. 2.

Quamquam autem terribiles sint tenebræ exteriores, terribiliores adhuc sunt inter-

interiores animi, quæ oriuntur ex privatione omnis luminis Divini, a tormentis maximis, & a desperatione, quæ intellectum, & voluntatem excecat. Segn. Manna 11. Jul. n. 3.

84. *Terribilis propter aspectum & cohabitationem dæmonum.*

Dæmones sunt tantæ deformitatis, ut quilibet prudens mallet in ignem conijci, quam uno momento dæmonem intueri. W. art. disc. font. 50. ex. 1.

Historiæ recentem monstruosam deformitatem Socratis, Caligulæ, Wenceslai, & aliorum &c. Quæto si quis per omnem vitam inter ejusmodi homines vivere deberet, nonne esset ingens tormentum; & quale erit tormentum vivere inter damnatos? Vv. art. disc. font. 51. ex. 2.

Religiosus ad extrema deductus, cum duos dæmones vidisset, tantum ex hoc aspectu horrorem concepit, ut diceret, si esset ignis ex ære & sulphure mixtus, qui usque ad finem mundi duraret, se libentius per illum transiretur, quam adhuc semel dæmones aspecturum. Simile quid legitur in Vita S. Catharinæ Senensis. Vide supra.

Consideratio inferni.

85. *Facilem reddis omnem laborem.*

Patriarcha Lot intuitu incendii Sodomitici facilem judicat ascensum montis, quem antea difficilem esse duxit. B. ferm. 29. n. 2, 3, &c.

Triquetrum postquam infernum in extasi videri, asperissime vixit, dehortantibus amicis, semper respondit: frigidiora videri: calidiora videri: asperiora videri. B. ferm. 30. n. 38. E. Infernus 4.

Tacui semper, filius, patienti fui: ut pariter loquar. Quid o Deus; an tacuisti post tot plagas orbis illatas? In exercitu Sennacherib centum, & octoginta quinque millia interfecisti; Pharaonem cum sequacibus in mari demeristi; Sodomam & Gomorrhiam flammis tradidisti; an hoc est tacere? Nimirum, omnes mundi afflictiones nihil sunt, si cum inferno veniant in comparisonem, &c. B. ferm. 29. n. 18.

Studiolus stupidus recepit a dæmone lapidem, quo ingeniosus & litteratissimus fadus est. Suasu autem Confessarii abiicit lapidem, dein raptus in infernum

a dæmonibus crudelissime habitus, ubi ad corpus rediit, in Ordine Cisterciensi austere vixit, & stupendam poenitentiam egit. E. Infernus n. 7.

Abbas Olympius interrogatus, quomodo speluncam suam inhabitare, & excelsos tolerare calores, præter mufcarum & culicium puncturas possit? respondit, culices sustineo; quia vermem timeo immortalem: locci facio calorem, quia ignem periretimeo æternum. Hæc afflictiones finem habebunt, non illæ.

B. Jordanus Ord. S. Dominici Generalis, cum diu frustra Nobilitati juveni suaderet fusi Ordinis ingressum, tandem dixit: Rogo, inspicere manus tuas, & membra corporis formosa, cogita quantum damnus sit, ista membra fieri pabulum ignis æterni. Quo ille commotus ordinem ingressus est.

86. *Præservat ab inferno.*

Descendant in infernum viventes, ait David, & addit S. Bernardus, videlicet, ne descendant mortales. B. ferm. 51. n. 5. seq.

Postquam David de se fatetur: Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui, mox subdixit: Dixi, nunquid cepti. Ecce quam efficaciter consideratio inferni ad generosa proposita. S. punct. 141. Christus Dominus Marci 9. ter in uno loco meminit gehennæ; ubi Chrysol. si gehennam semper cogitemus, non cito in eam incidemus. S. punct. 141. fol. 444. Et M. conc. 16. aff. 3. n. 8.

S. Iosaphat incantationibus Tædæ Magi concitatus, cuidam procati puella se voluit desponsare, sed subito mente raptus, ab Angelo ad pœnas infernalis contemplandas ductus est. Ad se reverens omnem sensualitatis ignem in se extinctum compertus est, omniique pulchritudo tamquam cæcenus, & sanies ipsi deformis visa est.

Bertrandus quidam homo vitiosus, ebrietati & lussibus deditus, dum in Barchanalis subito interitus æternitatis cogitationibus a Deo illustraretur, subdixit se familiaritatis, & in lacrymas effusus, in Societatem JESU admitti petiit, in quam admittus sancte vixit.

Colomellus quidam in bello Mantuano 1630. moriens testamentum condidit, in quo suis commilitonibus facultatem dedit, ut omnia que relinqueret lascivendo abligurirent. Executi sunt præceptum commilitones; verum cum media nocte

frepitum audirent; & aperta conlavis janua spiritum flammis circumdatum viderent, tanto horrore concussi sunt, ut pluri in annum mortui, ceteri ad poenitentiam conversi sint. Lohner Tit. Infern. §. 5. n. 28.

87. Ab ea non moveri prescriptorum est.

Abfalon immobilis pendens, dum nec digitum levat ad solvendam comam, factis indicat, se esse ex damnatis anum, ait Chryf. S. pun. 141. fol. 445.

Quidam Monachus, ut narrat Beda, in Monasterio ignobiliter vivens, nulla castigatio emendatur. In morte convocatis fratribus dixit se videre gehennam, & sedem igneam sibi penes Caiapham, qui ad mortem Domini cooperatus est, paratam: monitus, ut poenitent respondit: non amplius sibi relictum esse spatium poenitentiae &c. S. punct. 142. fol. 445. in fine.

Machiavellus morti proximam Florentiae cum de damnatione sollicitus esset, & illi in mentem veniret, Aristoteli, Platonem, Alexandrum stamatos, Apostolos vero missos, & pauperes in caelo esse ajebat: Malo cum illis illustribus damnari, quam cum his vilibus in caelo degere. O quoties Machiavellici thrafores tam parum timent infernum, quam iste desperatissimus jocularor.

Tiberius hominem jocularum, qui mortuo, dum ad sepulcrum efferebatur, alta voce precepit, ut Augustus Imp. nuntiaret, legata ab ipso Romano populo facta, nondum exoluta esse, ad se vocavit, eique legatam portionem dedit, ac induci ad capitale supplicium jussit, ut Patri Augusto rei veritatem nuntiaret.

Vindicatius quidam ob injuriam sibi factam adeo obstinavit animum, eum e medio tollere, ut diceret: si hiantem ante me viderem infernum, prius illum occiderem, dein in infernum lubens incidere. Lohm. Tit. Infern. §. 5. n. 30.

88. Deterget a peccato, incitatus ad poenitentiam.

Timorem Domini docebo vos: ubi Basil. Cum te appetitus invalerit peccandi, velim cogites profundum barathrum, inextricabiles tenebras. S. pun. 141. fol. 442. in fine.

S. Chryf. monet: si ignem concupiscentiae habueris, oppone alium ignem, & hic statim extinctus evanescit. S. pun. 141. fol. 445.

Evenera hunc piscem, idest diabolum, ait Hugo Garenis: hoc felle praedestinatorum oculi fanantur. S. punct. 141. fol. 447.

S. Aug. ait: Si praemia non invitant, poenae nos terreat. S. pun. 145. fol. 452. Quidam Monachus austere vivit visio inferno. Quidam cocus semper flet, quia apud focum ignem inferni confidebat. S. pun. 141. fol. 446.

Ferum per liquatam picem praeservatur a rubigine: Mi peccator, ut peccatum sit ferreum, tamen si liquatam inferni picem frequenter confideres, spero te a rubigine peccati praeservatum iri. Vv. art. disc. font. 48. ex. 8.

Juveni in Monasterio ingresso suadebant Amici egressum, quia delicatus nimis esset ad perferendas austeritates Ordinis: reposuit juvenis, hoc ipsum motivum me detinet in Ordine: quomodo enim potero perferre poenas inferni? E. Verb. Conversion. 24.

Monialis a proco impie seducta jam Monasterium reliquerat, ultima autem nocte ante nuptias vidit profundum, igneum, fumantem puteum, in quem daemones animas terribiliter lamentantes projiciebant. Jamque illam arripere volebat, cum illa B. V. a longe stantem invocans, ab ea propius accedente liberata est: dixit illi autem Beatissima: En! hi sunt fructus libidinis! Evigilanti Moniali adfuerunt famuli, qui iussa petebant; pro parandis nuptiis. At illa in Monasterium reversa, austeram poenitentiam egit. E. Infernus 12.

Purgatorium.

89. Et secundum proportionem peccatorum.

S. Sanctus Paulus docet: Unumquodque opus, quale sit, ignis purgabit, &c. M. conc. 12. aff. 2. no. 4. P. p. 2. disc. 20. num. 5.

Sed quaeritur, quomodo purgantur, qui in fine mundi morientur, cum ibi purgatorius carcer inferno accedet, &c. Respondeo potest poena ita intendi, ut modico tempore exantlata diuicillimae aequivaleat. Davidi peccanti optio data est inter famem septennem, bellum trimestre, aut pestem triduanam: ecce! haec tria supplicia tempore inaequalia, sed poenaltate aequalia sunt, &c. M. conc. 12. aff. 2. n. 6.

Sacerdos valde vitiosus a S. Lydvina ad meliorem frugem conversus, paulo post

post mortuus est. Hunc vidit Sancta in purgatorio in profundum puteum demergit, qui ceteris flammis longe erat ardentior. Post aliquot dies Angelus apparuit Sanctae Virgini, eique nuntiavit, hunc Sacerdotem jam e puteo extractum, & inter ceteras animas receptum, post paucos dies, ipsius intercessione ad caelestem patriam assumptum iri. Daverout. c. 10. tit. 6. num. 15.

S. August. ait: Purgatorium est locus subterraneus, in quo animae defunctorum pro peccatis quoad poenam necdum plenam remissam satisfaciunt. Ibi ait S. Anselmus, erit aut nimius calor ignis, aut nimius rigor frigoris, aut aliud genus poenarum, de quibus minimum majus est, quam maximum, quod in hac vita excogitari potest.

Quantum glorificavit se, & in delictis fuit, tantum date illi tormentum.

In Conventu Colonienfi Praedicatorum una die mortuus est Novitius, & Concionator. Novitius die tertia apparuit Infernario, dicens, se nunc e purgatorio liberatum in caelum assumi. Post mensent apparuit & Concionator, idemque de se affirmavit. Interrogavit eum Infernarius, cur tardius purgaretur, quam Novitius; respondit: Ego propter familiaritatem cum secularibus habitam, & sermones gaudia, ac lepore plenas diutius detentus fui in purgatorio, sed majorem gloriam accepi. Monile, quod gero, significat rectam intentionem, & lapides pretiosi animas, mea praedicatione conversas, &c.

Secundum magnitudinem operis visitationem. Hinc S. Paulinus ignem purgatorii vocat ignem sapientem; quatenus pro cuiusque meritis vehementiam suam vel intendit, vel remittit.

90. Purgat animas a reatu residuo.

Ducam tertiam partem per ignem, & uram eos sicut uritur argentum. Quenam est haec tertia pars; Respondeo prima pars poenitentiae est contritio. Secunda confessio. Tertia satisfactio: haec tertia pars si non expungat reatum peccatorum in hac vita, per ignem ducetur. &c. M. conc. 16. aff. 2. n. 7.

Christus ambulat super aquas, Petrus autem aliquantulum mergitur: Quare? Respondeo quia Christus nihil de specie plumbi, Petrus autem jam aliquid habuit. Si anima munda non sit ut aurum, sed admixtam habeat scoria, aut plum-

bum, aliquantulum mergetur. &c. M. conc. 12. aff. 2. n. 3.

Dari talem locum, in quo purgantur animae a residuis peccati foribus, probatur 1. ex Scriptura: Sancta in salubritate est cogitatio profundius exorare, ad a peccatis solvantur. 2. Apostoli constituerunt orationes pro defunctis, ut patet ex S. Chryfostomo dicente: Non temere haec ab Apostolis facta fuerit, scient enim ex tremendis sacrificiis multum animabus provenire emolumentum. 3. Patet ex sensu Ecclesiae, praesertim in Synodo sexta, ubi Sacerdotibus sacrificia & preces constituta sunt pro defunctis. 4. Ex SS. Patribus Augustino, Athanasio, Cypriano, Hieronymo, & aliis. 5. Ex ratione; cum enim certum sit dari peccata venialia, & haec inferno digna non esse, nec semper in hac vita sufficienter expiari, sequitur dari debere locum, ubi animae a talibus maculis mundentur.

Dantur peccata venialia, seu ob imperfectiorem actus, seu ob levitatem materiae levia, quae a S. Paulo comparantur feno aut stipulae; haec peccata qui habet salvatur, sed quasi per ignem: Christus ipse dicit, de omni verbo otioso reddendam esse rationem, cum huiusmodi peccatis non ascenditur in caelum, nec descenditur in infernum. Ergo vel hic, vel ibi satisfactio deleri debent.

Etiamsi Davidi remissum sit peccatum quoad culpam, tamen quoad poenam punitus est morte filii. Et Maria soror Moysis murmurans contra Dominum lepra punita est, etiamsi orante Moysse culpa ei remissa fuerit. Non ergo semper remittitur poena una cum culpa, ut constat ex Tridentino.

Homo quidem pro peccato satisfaccere Deo, de condigno non potest; satisfactio enim ex rigore iustitiae duo requirit, ut satisfiat ex propriis, & ad aequalitatem: nos autem nec aliquid habemus quod Dei non sit, nec possumus ullo genere honoris adaequare injuriam, quam Deo irrogavimus, cum injuria mensura aestimetur ex dignitate Dei offensa, quae est infinita. Nihilominus accedente Dei gratia satisfaccere possumus de congruo, quia per Dei gratiam efficitur filii Dei, membra Christi, habitacula Spiritus Sancti. Ita per Dei gratiam praecedentem, & comitantem, Deo nobis donante, ut habeamus, pro poena temporali satisfaccimus.

91. *Incurritur ob leve delictum.*

Soror S. Damiani quindecim dies in purgatorio luit, quia cantu chorizantium in platea audito delectata fuit. E. Verbo. *Centus* n. 6.

Vir Religiosus in purgatorio patitur, quia dum novi illi focci dabantur, veteres retinebat contra Regulæ statutum: apprensus ergo post mortem rogavit, ut focci ad pedes lecti sui auferrentur. E. *Converso* n. 31.

Frater ex Cisterciensi familia ad purgatorium damnatur, quia Ordinem Diacōnatus affectavit. E. *Defuncti* n. 2.

Religiosus Prædicator per mensem ardet in purgatorio, quia familiaris erat cum quibusdam sæcularibus, & ex eo solatium quaesivit. E. *Familiaritas*.

Frater quidam, Durannus nomine, quia ludicra verba loqui solebat, ad purgatorium damnatur, nec inde nisi per septem dierum silentium fratrum liberatur. E. *Logii* n. 3.

Miles in purgatorio torquetur ab aviæ corrodentibus, quia in vivis ludio avium fuit deditus. E. *Lusus* n. 8.

Monachi propter disciplinæ Religiosæ neglectum in veribus, instar asnerum torrerent videntur. E. *Purgatorium* 2.

Religiosus post mensam loco Psalmi: Miserere, dicens Psalmum: Laudate Dominum, post mortem in cellario ingentes strepitus facit, rogatque ut fratres loco fuis supplement Psalmum miserere. E. *Religio* n. 6.

Puer quia pyra & poma solvere oblitus est, terribiliter in purgatorio cruciatur. E. *Restitutio* n. 2.

S. Vitalina aliquo post mortem tempore apprensus S. Martino conquesta est, se nondum ad paradisi gaudia admittam esse, ob leve, (quod nominabat) delictum. Sanctus Episcopus ad fratres conversus flens aiebat: O nos miseros, qui quotidie peccare non desinimus! quid nobis fiet, cum hæc innocens Virgo ob levissimum delictum cælo excluda fuit? Daveroult. c. 10. tit. 7. n. 6.

S. Severus Episcopus gravi purgatorio punitur, quia ob negotia Breviarium constituto tempore recitare neglexit. *Ibid.* n. 7.

Prætere remanet pœna ex delicto iam remisso: David post numeratum populum panitur peste: post adoratum vitulum multa hominum millia interfecta sunt. *Ezod.* 32.

Omnes omnino Hebræi, qui murmuraverant, estis intercessione Moysis recon-

lilicati sint Deo, mortui sunt in deserto. Idem contigit Moysi, & Aaroni, quia non glorificaverunt Deum ad petram. *Nom.* 26. Propheta Domini ob peccatum quoddam, a leone occisus fuit in itinere: fuit autem illi remissum peccatum quoad culpam; quia in testimonium sanctitatis ejus, flabat leo juxta cadaver impatius, & ne asinum quidem Prophetæ attingebat.

92. *Superat tormenta & morbos hujus mundi.*

Vir fidelis & prudens anno integro decubens rogavit a Deo mortem. Angelus autem dedit illi optionem, an adhuc integro anno infirmari, aut tribus diebus in purgatorio pati velit. Æger elegit hoc ultimum. Verum vix una die arsit, agnito errore: Deo permitte ad corpus rediit, & libenter anno adhuc integro decubuit. E. *Infirmus* n. 7.

Monachus in agone penitentiam ab Abbate rogare voluit, sed Abbas abet. Defunctus apparuit Abbati & petit, ut penitentiam sibi diceret. Ille nesciens quæ penitentia defunctis conveniret, dixit, volo ut in purgatorio patiaris, donec corpus hoc tuum in sepulchrum erit demersum. Hoc dicto defunctus terribiliter eulans clamavit: O crudelis penitentia! E. *Purgatorium* n. 4.

Cogita militum vulnera, cogita SS. Martyrum tormenta, cogita maleficorum omnium supplicia, cogita omnium agrorum dolores, & dicit tibi S. Cyrilus: Si omnes, quæ in hoc mundo cogitari possunt, pœnæ, tormenta, & afflictiones, pœnæ purgatorii comparentur, velut solaria erunt; malle enim quilibet (existentium in purgatorio) usque ad finem mundi, omnibus his pœnis cruciari, quas omnes homines singillatim ab Adam usque huc tolerarunt, quam uno die in purgatorio torqueri.

Huc facit etiam effectum S. Bonaventuræ: *Tenebræ in purgatorio impediunt operationem, vincula evasione, mendicantia solutionem, ferrum afflictionem inducit.* Adeoque non simplex, sed simul & semel multiplex est cruciatus purgatorii.

93. *Incurritur ab hominibus etiam Sanctus.*

Balduinus ex Ordine Cisterciensis Episcopus Pisanus fuit Vir magnæ sanctitatis: quia vero occaso fuit belli inter Pisanos & Lucenses, tantum debuit in purgatorio puniri donec inter utrumque

POPUS

populum fuerit pax sancita, prout cuiusdam Presbyteri in Insula Sardinensi fuit revelatum, qui ipsum Balduinum in pœnis vidit. E. *Discordia* n. 6.

B. Elisabetha Ord. S. Dominici, arcana conscientiarum agnovit, in egestate Monasterio mirabiliter succurrit, apparitione B. V. honorata est, & tamen octodecim septimanis in purgatorio pati debuit, quia afflicto Dei famulo affatum negavit, & quia Nobili puellæ Monasterium diffusit. *Ephem. Dom.* 25. Jan.

S. Catharina Divæ Birgitæ filia, Romæ in templo S. Petri apparuit uxori fratris sui Caroli, cuiusque opem pro purgatorii pœnis implorat: quam ubi experta est, eidem fratris suæ denuntiat, quod paulo post corona regni Suecici, ex testamento ipsi relicta, coronanda esset. Daveroult. c. 10. t. 7. n. 9.

S. Udalricus Episcopus dicitur in purgatorio luisse, quod Nepotem suum ad successorem in Sede Episcopali promoveret.

S. Severus Archiepiscopus Colonienfis purgatorii pœnis detinetur, quod Horas Canonicas ob gravia & publica negotia, constituto tempore non perolverit. Daveroult. c. 10. tit. 7. n. 7.

*Sper. Ex. dñi. 9. Ex. 101.*

Innocens quidam Puer novem annorum ob non solutos novem obolos, quos familia debebat, novem diebus purgatorio adjudicatus Matri apparuit, & ab ea de pœnis suis interrogatus respondit: Si omnes carbones, quos omnes carbonarii in universo mundo, a tempore nativitatis usque huc fecerunt, in uno cumulo arderent, & tu Dilecta Mater in medio quanti arderes, non tantas pœnas sustineres, quam ego jam in purgatorio sustineo!

94. *Est terribile ob pœnam ignis.*

Purgatorii ignis incomparabiliter ardeat supra: nostrum elementarem; quia iste ad nostram utilitatem, ille ad vindictam accensus est. Consequenter differunt sicut chirurgus & canis: ille in anatomia attentissime secat, ut dolori quantum ferri potest, parcat, iste sine attentione secat & laniat. P. p. 2. diff. 20. n. 4.

S. Anselmus ait, minimum pœnarum genus in purgatorio, esse gravius, quam in hac vita excogitari possit. N. 2. Nov.

Ignis infernalis, & purgatorii non differunt inter se, nisi diuturnitate. N. 1. Nov. S. Augustinus ait: Hic ignis (purgatorius) etsi non sit æternus, tamen

*S. Aug. Ser. de purg.*

modo gravis est; superat enim omnem pœnam, quam homo unquam passus est in hac vita, aut pati potest.

Synefius Episcopus putat, dæmones in purgatorio fungi officio tormentorum, aut certe foccorum, qui excitare, & augere solent ignem. Cum igitur ab experientia scimus, ignem per artem in furnis chymicis ita intendi posse, ut quasi in momento lapides, aurum, & ferrum colliquecere faciat, quantis obscuro artibus utentur dæmones in purgatorio, ut solibus aliment, & intentione maxima elevent ignem contra animas, quas ut amicas Dei, & sedium celestium, quas illi perdidit, inquilinas, rabioso cum furore odio habent, & averfantur: praesertim cum ad mentem Sandorum Patrum ignis infernalis & purgatorii non differant, nisi tempore. Vide tit. *Infernus*.

In purgatorio dari verum ignem communis est omnium sententia, & quamvis explicari non possit, quomodo ignis corporeus in spiritum agere possit, verissimum tamen est effectum S. Augustini, quod animæ torqueantur miris, sed veris modis.

*S. Aug. l. 21. de Civ. 10.*

95. *Terribile ob pœnam damni.*

Animæ ardentissimo desiderio anhelant Deum, & hoc desiderium primo fundatur in naturali inclinatione. P. p. 2. diff. 20. num. 8. Dein fundatur in virtute spei; quia anima vivacissime apprehendens Deum, illum possidere desiderat. lb. n. 9. Tertio fundatur in virtute caritatis, quia cupit anima elicere actus virtutum erga Deum. lb. n. 10.

Verisimile est, quoddam non alia pœna affligi, quam pœna damni, debito illorum nullam pœnam sensus exigente.

Sic in visione, quam refert Ven. Beda, animæ quidam ostensum fuit prater infernum, purgatorium & cælum, quoddam pratum floridum, omni amantate repletum, in quo debebant animæ, quæ nullam pœnam sensus sustinebant: at tamen ibi morabantur, quia idoneo nondum erant visio beatificæ. Hunc etiam mistissimum carcerem cognoscimus ex Revelationibus S. Birgitæ: scribit illa, animam quendam non aliam in purgatorio pœnam sustinuisse, quam dolorem ex desiderio æternæ felicitatis. Idem affirmat S. Gregorius inquis, quendam defunctum ad corpus rediisse, qui dixit, quod ponte periculoso transiit, vidisset campum amaranum, in quo hominum candidorum

*Ven. Beda l. 5. hist. c. 31.*

*Revel. S. Birgitæ. l. 4. c. 144.*

*S. Greg. l. 14. Dial.*

dorum mansiones erant. &c. Vide P. Car. Stengel. de statu an. post mortem c. 9.

Nos quidem non curamus hanc poenam pro dolor! & ideo non apprehendimus ejus acribitatem; ac hoc fit ideo, quia intellectus tenebris obscuratus est: infans non curat tenebras materni uteri, at si adultus ibi deberet latere, quanta hac poena foret!

Dein hæc inconsiderantia provenit etiam ex pervertitate voluntatis; phrenetici non patiuntur sitim; ita nos &c. P. p. 2. dif. 20. n. 12. 13. seq.

Pœna damni est, qua anima solo visiois beatificæ desiderio torquetur. De qua poena sic loquitur Vicemontius: O quanta poena est dilatio gloriæ! O quam amara est recordatio visiois Divinæ! maxime cum jam tempus Deo fruendi advenit, & anima a pondere sui corporis absoluta fuerit; ipsi animæ gravius multo est carere Deo, quam cruciari purgatorii igne. Lohm. tit. Purgatorium §. 1. n. 6.

Quæri potest, an in purgatorio etiam inveniantur dæmones? aliqui Sanctorum Patrum affirmant, alii negant. Sanctus Antoninus autem ait, dari ibi dæmones non ad torquendum sed ad insultandum & irridendum. Scimus autem, quanta in hoc mundo fit afflictio irrideri & ludificari in mediis tormentis; per hoc enim quasi duplicantur dolor & tristitia. Certe Rarias Vir magnæ opinionis in populo Israel, ne captus illuderetur ab inimicis, ex fenestra se precipitavit. Hæc eadem tristitia ex ludibrio dæmonum centuplicatur afflictis animabus! En, poenam damni!

Animæ purgantes.

96. Juvantur per passionem Christi.

Beatus Joannes Alvernus dum sacra vulnera invocet, videt scintillas sursum evolare. Sancta Gertrudis, dum in honorem sacrorum Vulnerum orationes fundit, mirum prodest animabus purgantibus. S. punct. 37. fol. 776. E. Defuncti n. 14.

In morte Christi Domini tria hominum genera, seu status presentes adfuerunt, 1. Homines justi seu sancti, iique proximi apud crucem, uti Beatissima Dei Mater, Apostolus Joannes, Magdalena & alii. 2. Peccatores poenitentes, qui visa solis eclipsi, scisso veli templo, & motu insolito terræ cum Longino percussis multi Christianorum obliviscuntur suos parentes. &c. P. p. 2. dif. 20. n. 15.

gnoverunt, & professi sunt. 3. Defuncti, qui ex apertis sepulcris prodierunt, & multis in civitate sancta apparuerunt, ut indicaretur, sanguinem & mortem Christi, tanquam testamentum seu hereditatem non solum ad Justos, nec solum ad poenitentes, sed etiam ad defunctos pertinere. Hunc in finem Christus Dominus statim post mortem descendit ad inferos, ut eos de perfoluto redemptionis suæ pretio immensa cum læticia certificaret. Hac etiam de causa in Sacrificio Missæ, quod symbolum est, seu mystica renovatio Passionis & mortis Christi, tertia pars Hostiæ consecrata in calicem deicitur, ut significetur, tertiam partem Sacrificii tam eruenti quam incrementi pertinere ad Defunctos, & simul indicari hunc descensum Redemptoris ad inferos.

97. Immercorditer deseruntur ab amicis.

Cur filius Patri, frater sorori, soror fratri non misericorditer succurrit, cum tamen ipsa animalia sibi invicem in auxilium veniant? Elephas si in ferocem ceciderit, sonoram vocem edit, qua excitati alii elephantes accurrunt, nec acquiescunt, donec collapsum erigant. D. 1. 51. in fine.

Antiqui mortuorum suorum corpora usque ad superstitionem in honore habebant: balsamo, melle, cera obliniebant, ut a putredine immunes conservarentur: mensæ adhibebant, cibos illis apponebant, in necessitate commodato peculio oppinguerant. Si tantus honor habitus fuit corporibus, pudeat Christianos, qui minus faciunt animabus. D. 2. 87. & 3. 13.

Pecchius quidam per plagium abreptus novemdecim annis captivus jacet: creditur esse mortuus, a filio deseritur. Proh quam triste tempus hujus captivitatis, & tamen adhuc erat expertus tormentorum! quid de animabus dicendum? D. 7. 51.

Narrat Plinius, quemdam ex præalto tectō lapsum Matris & affinium oblivionem cepisse, Messalam vero Corvium oratorem sui nominis oblitum fuisse. Lupi quidam vorantes, dum circumspiciunt, edulii mox obliviscuntur, & aliud querunt. In Bœotia flumen est, cuius aqua omnimodam oblivionem inducit, id quod & lethargus quodammodo operatur. C. Jerem. 2. v. 32.

Fuit aliquando pestis, quæ homines omni memoria privavit, ita ut non amplius noverint proprios parentes: eodem modo multi Christianorum obliviscuntur suos parentes. &c. P. p. 2. dif. 20. n. 15.

Cru-

Crudelissimi sunt illi, qui ultimas illarum voluntates, ac dispositiones piæ non exequuntur, aut distissime differunt. P. p. 2. dif. 20. n. 17.

Mater incondito fletu deplorabat mortuum filium. Quondam illum inter turbam lætantium juvenum vidit omnino tristem. Quæsit, quæ de causa tristeretur? & ille reposuit, tristior ob fletum tum indifferenter! resigna te igitur in Dei voluntatem, succurre mihi bonis operibus, & sacrificiis, & paulo post æternum lætabor. Daverout. c. 10. tit. 7. n. 2.

98. Puniantur in locis ubi peccarunt.

Prope Vyomatium singulis nobilibus videbatur exercitus, qui media nocte redibat ad montem unde exierat. Quæriti a viro sancto milites, responderunt, se spiritus esse, qui in hoc campo pro suo principe pugna interierunt. Rogarunt suffragia, & sacrificia, & repente totus mons igneus apparuit. D. 2. 14.

In Ordine Cisterciensis Abbas moriturus a fratribus licentiam obtinuit, ut si bi in munere successorem constitueret. Constituit ille suum nepotem. Quid fit? Novus Prælati more sui antecessoris frequenter exire solebat ad puteum fontis: aliquando in fundo putei audit lamentabilem vocem, agnoscit cognatum, qui conquirebatur, se in hac cisterna crudelissimo igne cremari, quia in electione successoris carnem & sanguinem respexisset. D. 2. 14.

Aliqua Monialis post mortem in choro frequenter apparet, ibique se pati debere ait propter garrulitatem, qua sæpe locum sacrum inhonoraverat. D. 2. 14.

Hugo Abbas Cluniacensis post mortem triduo visus est detineri in vinea, ubi quasi ex itinere fatigatus sedit: denique resumens vires & excutiens pulverem pedum, abiit. Quare in vinea? quia forsitan in ejus emptione, possessione, aut cultivatione modicum delictum admisit.

Sicut ludimagister pueris ad scripturam, quam forsitan deformiter ac negligenter fecerant, nares illidit. Ita Deus ad locum, ubi animæ deliquerunt, illis quasi nares illidit, ut semper errorem suum præ oculis habeant.

99. Juvantur SS. Eucharistia.

Ridiculum est, quod de Japonensibus narratur: illi putant defunctorum animas in paradisi itinere in via fatigari, & ideo ter in domum amicorum reverti

ad sumendam refocillationem: propterea statim temporibus parant symplosia, invitantes animas, salutantes, hortantur ad manducandum. &c. Fabule hæc sunt! sed veritas est, quod anima SS. Esgulo confortetur. D. 3. 41.

Veteres varia, eaque sumptuosa convivia faciebant in gratiam suorum defunctorum, cibos etiam in tumulis collocabant, id quod hodieum faciunt nonnulli barbari apud Indos. &c. Utinam mortui veris illis dapibus Eucharisticis pascerentur, quæ solæ illis profunt. D. 3. 80.

Quidam captivus apud Mauros, quoties ejus uxor domi sacrificium pro eo fieri curabat, videt sua vincula & catenas dissolvi. Sanchez 7. part. c. 4. fol. 972. E. Eucharistia. n. 11.

Sacrificium Missæ est opportunissimum remedium ad juvandas animas purgantes. Paoletti Fer. 6. post Dom. 4. Quadr.

Joannes de Alvernia celebrans videt innumeras animas in celum evolare. E. Verbo. Defuncti n. 14.

Quidam defunctus ad purgatorium quindecim annorum condemnatus, per unicam Missam liberatur. E. Defuncti n. 15. 17.

Pientissimus pastor cum videret ea die, qua SS. Communionem acceperat, sibi a lupo oviculam auferri, rogavit Dominum, ut per eam caritatem, qua in Eucharistia bonus pastor & Agnus Dei vocaretur, oviculæ hujus curam habere vellet, & ecce! lupus ex unguibus illatam dimisit oviculam. Tu roga pro anima & dimittetur. E. Eucharistia. n. 20.

100. Juvantur sacrificio Missæ.

In Dicecesi Centumcellensi Presbyter calenti balneo uti solebat, & temper adfuit vir, qui ei detrahendo calceos & vestes, ac alia faciendo serviebat. Huic aliquando Presbyter donarium facere volebat, sed vir marces & afflidus non acceperit. Ego enim, ajebat, fui aliquando Dominus hujus loci & hic affligor tanquam meo purgatorio, tu autem offer Sacrificium pro me &c. sic disparuit. Presbytero autem sapius pro illo sacrificante vir non amplius visus est, in signum suæ liberationis. E. Missa n. 1.

Angelus Dithelmo terribilem locum poenarum ostendit, ubi purgantur animæ, addiditque, multas, nisi SS. Missæ sacrificio juvantur, usque ad extremum diem iudicii arsuras. N. 2. Nov. 1760.

S. Malachias pro somnum vocem audivit, ejus forem stare foris, & per quadra-

draginta dies nihil gustasse. Advertit Sanctus se moneri, quod intra hoc tempus pro defuncta forore non sacrificavit. Igitur tres pro ea Missas legit, post primam vidit forem accessisse ad limen Ecclesie, post alterius diei Missam vidit eam accessisse ad altare, post tertiam aggregari cœtui Sanctorum. N. 7. Nov.

Christus orans in orto ter in faciem proccidit. Primo pro Juda! Secundo pro peccatoribus! Tertio pro animabus purgantibus: ubi notandum, quod tertia vice sanguinem sudavit, ut indicaret, hunc maxime esse proficuum pro animabus miseris. Ginter, Unus pro omni. conf. 106. n. 2.

Sancti Malachie Episcopi foror in vita hac vanitatibus sæculi multum assueta, & ideo a sancto fratre suo sæpius correpta fuit. Post mortem illius Sanctus Antistes non desistit iteratis sacrificiis illi succurrere, quam tamen devotionem cum tempore interrupit, quia credidit illam jam factis expiatam, & salvam esse. Aliquando noctu audiebat pulsari cubiculi fores, simulque vocem sibi dicentem: Adesse forem jam triginta dierum inedia famelicam! cohorrui Sanctus, intellexitque sibi exprobari, quod triginta diebus sacrificium pro illa offerre neglexerit. Redintegavit igitur devotionem, additis quotidie multis precibus, & denique forem grates sibi referentem, & ingenti gloria consulentem in cœlum abire vidit. Daveroul. c. 10. tit. 7. n. 10.

Religiosa Virgo post mortem apparet S. Gertrudi, eamque de statu suo edocens dixit: Quia Sacram Communionem in vivis libenter accepi, nunc magnum remedium obtineo de Sacramento Altaris pro me oblato. P. Car. Stengel, de Statu an. post mort. c. 11.

Constat ex omnibus Liturgiis, Conciliis, & Patribus Antiquis, ipsaque traditione, & sanctione Apostolorum, Sacramentum Missæ esse propitiatorium non tantum pro vivis, sed etiam pro defunctis. Sic S. Monica Augustini Mater rogavit, post mortem sui memoriam fieri in altari. Ipse etiam S. Augustinus ait bene pro defunctis sacrificari, & elemosinas dari; hoc enim a Patribus traditum universa observant Ecclesia. lb. c. 13. & seq.

#### 101. Juvantur suffragiis fidelium.

Plus carbonarius semper de nocte videt feminam ab equite occidit, & in ardentem carbonum fossam demergit. Igitur portentum ad Dominum loci deserti.

qui postquam omnia etiam suis finet oculis vidit, adjuravit spectra, ut faterentur, quoniam sint: & audivit, se ita puniri propter adulterium commissum, judicari autem se posse per sacrificia & preces. E. Verbo Adulterium ec. 3.

Juvenis in Ordine S. Francisci antea valde tepidus, sed a P. Conrado conversus, & paulo post mortuus, apparuit huic suo Patri spirituali, ejus precum suffragia implorans; cumque sanctus Vir recitaret orationem Dominicam, anima semper contestata est, se mirum in modum in pœnis relevari. Tandem post centesimam orationem edixit, se a purgatorii pœnis liberam ad cœlum evolare. E. Verb. Conversio n. 17.

S. Tolentinus rogatus a spiritu, ut pro se cras sacrificaret, excusavit se obedientia, quæ sibi aliam obedientiam dicitur. Tunc spiritus illi ostendit sua & consodalium suorum tormenta, quibus commotus Sanctus, impetrata a Priore licentia, sacrificium pro ipsis fecit. Et apparet spiritus edixit, ingentem animarum multitudinem eo sacrificio fuisse liberatam. E. Defuncti n. 17.

Imperator Otto liberalis in vita elemosynarius post mortem apparet cognate Moniali, eamque rogat, ut sibi certo sacrificiorum, ac piorum operum numero succurreret. Fecit Virgo, quæ rogata est, & Spiritus denuo reverens grates illi tulit. Daveroul. c. 10. tit. 7. n. 4.

S. Mechthildis quondam vidit animam ejusdem defunctæ a Christo in hortum amantissimum deduci, in quo multitudo animarum mensæ assidentium videbatur, quibus apponebantur ferula suffragiorum, quæ a viventibus offerebantur.

Helias quidam in deserto Aegypti, Beato Hieronymo familiaris, in quiete vidit animam ejusdem Episcopi Anechitani, cum ante tribunal Divini Judicis iisteretur, ab vitæ luxum & delicias ad æternam pœnam destinari: animam vero Theodosii Senatoris, quod B. Hieronymus magno semper honore coluisset, ad purgatorii tormenta deduculam fuisse. Cumque diem signasset, quo illa videret, compertum fuisse, ea die illos ambo defunctos esse. Vide P. Car. Stengel, de Statu an. post mortem. c. 9. in fine.

S. Augustinus ait: Sanctæ Ecclesie sacrificio salutari, & elemosynis non est dubium defunctorum animas adjvari. Quod si anime, pro quibus oramus, non indigeant, ait porro Augustinus: Suffra-

Carth. de  
jud. an. 21.

S. Aug. de  
ser. 31.  
de v. 21.

117

gia Ecclesie pro valde bonis, gratiarum actiones sunt, pro non valde malis propitiationes. Hic senus Ecclesie jam bis mille annis a tempore Machabeorum, ubi Judas collatione (seu collecta) facta misit duodecim mille drachmas argenti Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, quod factum laudans Ecclesia inquit: Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare. Accedunt testimonia SS. Patrum innumera. Vide P. Car. Stengel, de Statu an. post mortem c. 12.

Benedictus VIII. Rom. Pont. per S. Abbatem Odilonem; Mater S. Elisabethæ Regis Hungarie filiz noctu lugubri vultu apparet, & auxilium rogans a filia ex flammis liberatur. Ibid. c. 15.

#### 102. Divitissime sibi detinentur.

Anima in mediis flammis exultare cepit: quæ sit altera lætitiæ causam reposuit: Revelatum sibi esse a Deo, quod hodie natus sit puer, futurus cum tempore Sacerdos, per cujus primitias ipsa liberanda esset & purgatorio. E. Verb. Debita.

Miles quidam a fabro omnia eorumque feramenta emere solebat. Cum autem morte preoccupatus non solveret debitum post triginta annos apparuit uxori cum feramentis flammantibus, dicens, se non posse redimi, nisi fabro illi fuerit satisfactum. Mulier satisfecit, & spiritus denuo apparuit gratias agens. E. Suffragium 2.

Imperator Ludovicus post triginta annorum decursum apparuit filio, eumque amore Dei & omnium Sanctorum rogat, ut tandem aliquando se ex igneo carcere redimeret. P. Car. Stengel, de Statu an. post mort. c. 15.

Anima purgans interrogabat Angelum Custodem, quanto adhuc tempore sibi in hoc loco tormentorum permanendum esset? Ab respondit Angelus: Hodie natus est infans, qui cum tempore fiet Sacerdos, sub hujus primitiis liberaberis ab his pœnis. O terribile tempus! O longum nimis tormenta deduculam fuisse. Cumque diem signasset, quo illa videret, compertum fuisse, ea die illos ambo defunctos esse. Vide P. Car. Stengel, de Statu an. post mortem. c. 9. in fine.

In Provincia Nordam Humbroxtum cuiquam offensæ fuerunt pœna purgatorii, didicimque, animas, quæ in purgatorio

detinentur, non salvandas nisi in die universalis judicii. Quidam Decretorum Doctor in illis tormentis interrogatus an se propediem liberandum speraret? reposuit, scio, quod ante judicium veniam non consequar. P. Car. Stengel, de Statu an. post mortem c. 10.

#### 103. Patiantur propter testamenta non executionis data.

Miles post plurium annorum militiam nil aliud possidens, quam equum, precepit moriturus suo nepoti, ut equum venderet, & pecuniam pro anima sua in pauperes distribueret. Nepos neglexit facere mandata, & equum sibi vendicavit. Apparet ergo miles post sex menses exprobravit illi infidelitatem, dixitque illi, quod residuum pecuniarum ille sibi habiturus esset. Mox nepos mortuus pœnas illas incurrit. E. Defuncti n. 12.

Mater pro defuncta filia hebdomadam certa facta fieri curabat, & pecunias ad ædificum defendens privigno tradebat. Apparuit autem filia in somnis Matri, conquesta, quod privignus partem stipendii sibi retineret. Indagans in rem Mater ædificum convenit, & ex ejus catalogo revera invenit, verum esse, quod in fomno audierat. J. 142.

Miles cognato suo equum testamento reliquit, mandans, ut equum venderet, & pro pretio sacrificia sibi fieri curaret. Cognatus neglecto mandato, usus est equo ad suam commoditatem. Paulo post illi apparuit miles, inquit: Nunc exoluta dimidia parte pœna mihi distatæ possem salvari, sed quia mandatum meum neglexisti, jam alteram partem pœnae tibi exolvendam relinquo. Paulo post mortuus est negligens executor, & ad purgatorio deportatus. Daveroul. c. 10. tit. 7. n. 3.

Frater quidam Ordinis S. Francisci in orando pro defunctis valde negligens, post mortem apparet, & conqueritur, ob hanc negligentiam sibi suffragia fratrum nihil professe. Sic illis fit, qui testamenta defunctorum non exequuntur; fiet enim, ut & ipsorum testamenta negligantur. P. Car. Stengel. c. 18. & seq.

#### 104. Beneficia exhibita obsequiis compensat.

Deus animabus permittit varia obsequia præstare ut declarat, quam gratum illi sit, si juventur, Quidam Eques ab ini-

Diauf.  
Carth. de  
Petrol. con  
n. 10.

Dei. Beate  
d. 2. 108.  
n. 25.

inimicus occidendus per spiritum qui eius assumperat formam, a morte praeferatur. P. p. 2. dif. 20. n. 16.

Devotus quidam in more positum habuit, quociens cœmeterium transibat, semper defunctis animabus requiem precari. Ubi ergo obiit, defuncti e tumulis progressi in Ecclesiam, hymnis & canticis illi parentarunt. E. Defuncti. n. 3.

Alias defuncti militem, cui inimici mortem machinabantur, e manibus hostium, & a morte liberarunt; cum enim ille ad cœmeterium fugiens pro defunctis pro more oraret, apparuit turma animarum, & insectantes inimicos vi & terrore repulit. E. Defuncti. n. 4.

Eusebium Princeps Sardinie urbem locupletissimam regni, ejusque proventus auxilio animarum destinabat. Hanc urbem oppugnare intendit Othorius Princeps Siciliae, & ecce, contra eum apparuit, & cum exercitu Eusebii se conjunxit legio animarum, tota canescens, in equis albis sedens, quæ Othorio interfectionem minitabatur, nisi pacem præeligeret, quam etiam humiliter petiit. E. Defuncti. n. 25.

Nobilis sceleratus, sed in defunctos beneficus cum itinerans ad quercum venit, ubi latro discensus pendebat, jussus est a latrone silere & equum sibi commutare. Pergens in equo latro ab inimicis quatuor sclopis trajectus, rediit ad nobilem, & ei, hanc mortem illi paratam fuisse asserens, misericordiam in defunctos commendavit. J. 3.

S. Catharina Bononiensis dicit, se omnia beneficia a Divino Patre per animas purgantes impetrasse, etiam ea, quæ a cœlitibus impetrare non poterat. N. 2. Nov.

Cum ergo tanta sit gratitudo animarum adhuc in igne carcere detentarum, certum est, longe majorem fore illarum gratitudinem erga suos benefactores, quorum suffragiis e penis liberatæ, & in beatam patriam assumptæ fuerunt; Quis satis explicet; Devicto Philippo Macedone, cum Flaminius Romanus pro præconem proclamari jussisset, jam omnes Græciæ urbes liberatæ esse, tanta exultationis voce populus cælum complevit, ut attonitæ aves ex aere deciderint. Quanta ergo erit lætitia animæ e flammeo carcere eadæ? C. Exod. 22. v. 37. Pro mensura hujus lætitiæ erit eam in cælis lætitia, ut beneficium hujus redemptionis benefactoribus suis tam temporali, quam spiritali, imo æterna gratitudine compensent.

104. Digne sunt commiseratione.

Multi hominum etiam commiserationem erga bruta temperare non poterant: Cum in navi, ubi multi Delphini tenebantur, pernoctarem, ait Gellius, adeos animadverti humano gemitu, magnaque lacrymarum vi suam conditionem deplorare, ut hujusmodi piscium commiseratione lacrymas tenere non poterim. Proximum itaque præ aliis ingemiscientem, dormientem in mare emisi, malui enim ledere piscatorem, quam supplicentem non sublevare: sed nihil promovi; hoc enim elapso reliqui magis magisque gemitum auxerunt: quam ob rem in illa nocte in acerbissimo luctu versatus sum. W. art. disc. font. 78. ex. 4. Quod si pisces, idest, Delphini tantam commoveret commiserationem, quid anima purgantes.

Nullus affectus in homine facilius commoveret, quam commiseratio: si canem tuum domesticum excoriaris vides, vix temperas a lacrymis, tantoque major est tua animi compatientis afflictio, quanto tenerior est amor erga eum, quem vides miserum ac calamitosum. Quaslo, si parentes, si fratres & sorores igne comburi, & quidem innocentes carneres, quanta tua foret tristitia & compassio; O mi Christiane, forsitan parentes, forsitan fratres & sorores, defacto igne crudelissimo corquentur! compare, succurre, ne differ auxilium; &c.

Rex Babylonis propter rebellionem facrificulorum, & populi misit Daniele Prophetam in lacum leonum: inivus hoc fecit, optabatque vehementer advenire intercessores, ad quorum instantiam parere posset Propheta, sed urgebat importunitas populi. Sic justitia Dei mittit animas in purgatorium, quarum ipse commiserationem habet: libenter parceret, sed non potest modo exigente justitia. Quod autem per se non potest, expectat ab intercessoribus, idest, a fidelibus per preces, & suffragia.

Judicium particulare.

105. Erit plenum terroribus.

SANCTUS Aug. describit: Superius erit S. Aug. iratus Judex, inferius horrendum chaos: a dextris peccata acculantia, a sinistris infinita demonia ad supplicium trahentia, inius conscientia urens: quo fugiet peccator

Gellius in Delphini.

Dan. 14.

S. Ber. sep. 8. in Pj. 90.

tor sic deprehensus? Quantus horror & tremor erit peccatoris? exclamat Sanctus Bernardus: Quid tam pavendum, quid tam plenum? anxietatibus excogitari potest, quam judicandum adstare illi tam terrifico tribunal, & incertam adhibere expectare sub tam distributo iudice sententiam? B. fer. 19. n. 5.

Imaginate tibiliscium in monte Moriolum solum, ligatum, sine auxilio, sub paterno ense in momenta singula exstantem fatale momentum, & audi Olorium: Si, qualis sis futurus, nosse cupis, memor esto Isaac ligati supra ligna prope ignem, & gladium evaginatum patris Gen. B. ferm. 19. n. 6. seq.

Augebit timorem peccatoris, quod videat se in illis ipsius Domini manus incidisse, quem offendit. Cur fratres Joseph adeo trepidabant, cum audierunt: Ego sum Joseph, frater vester: nempe quia memores erant injurie fratri illatæ, ait Perertus: Timorem illis maximum faciebat contentio potentia Joseph, a quo facile quocunque supplicio vellet, puniri possent, Gen. B. fer. 22. n. 6. seq.

Augebit timorem peccatoris, quod omnia sua peccata intuturus sit: Theaurizans tibi iram. Qui thesaurizat, monet monetæ addit, uti mercator facit, qui omnes monetas in serinium dejicit, in fine hebdomadis autem omnes invenit: Ita in iudicio omnia peccata in lencem protrahentur, heu quanta confusio! Si dilectus Regis amicus rebellionis convineatur per suasit literas, heu quantum tremor! si peccatum quoddam enormius in confessionali exponendum habes, heu quantum contremiscis! Et quid erit ibi, cum peccata etiam occultissima oculis tuis patebunt! B. fer. 22. §. 2. & 3.

Si rex ignobilem filiam ad thronum, & conjugium suum elever, illa veroturpi facinore regium thorum adulteret, quantum contremiscet misera, si in regis manus incidisse se viderit? Hic, & longe deterior status erit miserissimi peccatoris in iudicio. B. fer. 29. §. 1.

Crescet horror peccatoris ex aspectu Judicis; si Regina Esther deliquit condidit, cum intota est majestatem Astueri, & quidem amici: quid erit cum peccatrix anima intuitura est majestatem Dei, & quidem inimici. S. punct. 132.

Judicium terribile est tam ex parte hominis iudicati quam ex parte Dei iudicantis: Ex parte hominis; quia plenus est iniquitate: Est enim natus filius iræ, per peccatum post baptismum factus ma-

D. Claus Spicci. univers. Pars III.

gis reus, certus quidem quod gratiam amiserit, sed non certus quod recuperarit, gratis actualibus a Deo dandis obtemperat, datis non respondit, quocidie plus mali prælitit, quam boni, & quæ tunc plenus est sanctitate, & ideo intime scrutabitur renes & corda. Imo ad ipsam hanc sanctitatem nostra quocunque sanctitas suam perdet fulgorem. Cæli non sunt mundi in conspectu ejus, Job. 15. Segn. Manna 19. Jul. n. 3. & 3.

106. A nemine non debet timeri, etiam sancto.

Nemo dicat: Non timeo, quia reum me esse nescio: S. Job. id cogitavit, sed dein pondus ejus terre non posuit: & exclamavit David: Non intres in iudicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Segn. Manna 19. Jul. n. 1.

Nemo securus certusque est, an sit ex pers peccati. Delicta quæ intelligit: Adam putabat se non notabiliter deliquisse: Anselmus ait: Quanta nunc velata velofacitatis apparebant ingenia peccata. Et Augustinus: Væ etiam laudabili vitæ, si remota misericordia discitias eam. Offa mea perterrita sunt. Ubi Gregor. Quid per ossa nisi fortia facta signatur, &c. S. punct. 133. fol. 420.

Ne forte non sufficiat nobis, & vobis: En; Sancti timent sua opera sibi non suffectura. Si justus ergo vix salvabitur, peccator ubi parebit? M. conc. 6. ass. 2. n. 3. seq.

Peccata nostra dum ipso examine Dei crescent, & sediora apparent, quia tunc excitationes, & extenuationes adimentur, quibus in hac vita palliantur. S. punct. 133. f. 421.

Regum quidam semper tristes, quosquis a fratre de quo tristaretur, reposuit: timeo iudicium, cumque frater hanc causam vultu perderet, jussit rex, ut nocte impetita ante palatium fratris tuba infaretur, quod erat signum iudicii feralis. Mane venit frater pullatus ac tremens in palatium regis causam suæ condemnationis interrogans: At Rex reposuit: Mi frater non est, quod timeas; verum cogita, si tu adeo exhorrescis iudicium humanum, quanto magis ego sollicitus sum de Divino. E. Judicium n. 5.

Job. 17.

Ps. 14.

S. Aug. 1. 9. Confess. c. 13.

107. *Judicabit etiam de gratis non acceptis.*

*Metis, ubi non seminasti, præcidents* false iudicii, ait Hugo Carentis, eos, quibus legem non dedisti. Fratri Aegydio a Deo dictum est: Para te, o Aegydi, ut eorum, quæ nunquam habuisti, rationem reddas, quia dedissem ego, si dignus fuisset. O rigorem! non solum habita, sed etiam non habita iudicantur. Si quæris ergo, cur non habueris patientiam Jobi, castitatem Iosephi &c. Quid respondebis? S. punct. 133. f. 421.

Fratrū quidam mortuus apparuit alteri nihil aliud dicens, quam: Nemo credit! nemo credit! nemo credit, quam districte iudicet, & quam severe puniat Deus. E. *Judicium*. 8.

In iudicio præsentēs erunt sancti tui Nominis, tuæ patriæ, tui muneris & officii, & quorum vitæ historiam unquam legisti vel audisti. Dicitque Iudex, si prima gratiæ ita cooperatus es, sicut hi sancti, dedissem tibi fidem Petri, castitatem Joannis, zelum Pauli, penitentiam Magdalena, & Augustini, &c. C. Soph. 1. v. 12.

Mi Christiane, Divinus Iudex non erit contentus, querendo, qualis modo sis, sed indagabit, qualis cum Dei gratia, & tua cooperatione fieri debuisses. Artificiosus æmulator, cum statim æneam e fumo eruit, & videt difformem, ac monstruosam, rursus illam in ignem projicit, ut in meliorem figuram refundat. Ita Deus Iudex cum videt te ad eam perfectionem non ascendisse, ad quam per Beneficia & gratias tibi collatas ascendere poteras, ad ignem te damnabit, non quidem corrigendum, sed puniendum, &c.

108. *Timetur a Sanctis, & innocentibus.*

S. Job totus anxius querit: *Quid faciam, cum venerit ad iudicandum Deus?* cum tamen de seipso fateatur, quod in nullo se reprehendat cor suum. Rex Ezechias flevit fletu magno, quia compariturus erat coram Iudice, Sanctus Paulus ait, nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. S. Hieronymus semper sibi videtur audire tubam ultimam. Sanctus Hilarion post 70. annorum penitentiam morituum timet, & tremet. B. fer. 27. n. 1. 2. seq.

S. Hier. in  
Ps. 81.

In medio Deos dijudicat, ubi Hieronymus: Res formidabilis, si Deos diju-

dicat, de peccatore quid fiet? S. punct. 130. fol. 404.

A conspectu throni fugit celum, & terra, quamvis sint innocentes creaturæ: quid faciendum peccatori. Philosophus enuntiat, qui fulgura non timet, non fortis est, sed demens, & temerarius: ita qui iudicium non expavefecit, desipit, quantumcunque sanctus est. S. punct. 132. f. 417. Vide etiam Lud. Granat. f. 112. Dux Peccatorum.

Margarita, quantumvis candida, in sole rubescunt. VV. art. disc. font. 48. ex. 11. nu. 6. Ita innocentes animæ, & ipsi Angeli ad aspectum solis iustitiæ erubescunt.

Abbas Elias dicere solebat: Ego tres res timeo: primam, quando egressura est anima mea de corpore: secundam, quando occurlurus sum Deo. Tertiam, quando ad infernum me referenda est sententia. C. Lev. 16. v. 29.

109. *Quam districte & rigorosum.*

S. David querit: *Quis ascendet in montem Domini, hoc est quis salvabitur?* & respondet: *Innocens manibus & mundo corde &c.* Ideo in iudicio cogitationes, verba, & opera districte examinantur, &c. B. fer. 54. §. 3. 4. 5.

Deus sicut in synagoga, in medio autem Deos dijudicat: ubi S. Hieronymus: Res formidabilis, res plena terroris, si Deos, id est Sanctos dijudicat, de peccatore quid fiet? S. p. 130. f. 404.

S. Job magnam habebat confidentiam in sua opera: *Appendat me in satera iussa &c.* sed postea fateatur de suo iudicio: *Pondus estis ferre non potui. Non intres in iudicium cum servo tuo, &c.* S. punct. 133.

*Salsines in montibus similis capræ, binuloque cervorum:* ubi Bernardus: Hinnulus apparet, nam acuto visu est, & nihil in scrutatum relinquet oculus ejus. M. conc. 6. aff. 2. n. 2.

Thronus Christi in primo adventu erat præsepe: secundus thronus est sicut sol: sol illuminat profundam maris, penetrat terram, prædit atomos in aere, &c. S. punct. 133. f. 419.

*Vestigia pedum meorum confitebar.* Alili legunt: *usque ad radices pedum meorum pervenisti.* Sicut anatomista omnes nervulos in lucem protrahit, sic ille de oculis, an sint puri, de auribus an sint casti, de manibus pedibusque examen insinuat rigorosus Iudex. S. Augustinus

ait:

S. Aug. ait: *Nec solum intentionem, sed radicem ejus medullam intinam diversissima luctu tua veritate colligit, numerat, intuerit, & cognoscit.* S. punct. 113. f. 419. Vide Paoletti Dom. 1. Adventus.

110. *Non admittet ullam excusationem.*

Homo non vestitus veste nuptiali ad primam interrogationem obmutuit: In illa districtione, ait Gregor. omne argumentum cessabit excusationis. S. p. 130. fol. 404. M. conc. 6. aff. 2. n. 5.

Tunc assumi non poterunt fici folia ad excusandas excusationes in peccatis, & ad peccati turpitudinem operendam.

Non erunt tunc stramenta camelorum, subter quæ idola Laban obtegantur. Non erit tunc opus templi parietem fodere, sed per apertum undequaque templum latentes introitus abominations totius orbis patebunt. S. Petrus iudicii diem vocat tempus restitutionis, quia tunc unicuique suum restituetur bono præmium, iniquo poena, hypocritæ ignominia, &c. S. punct. 134. f. 423.

Excusationes in hoc mundo ordinariæ sunt cum ignorantia, & cum fragilitate: neutrum tibi sufficit: Non ignorantia: quia vixisti in medio orbis Christiani inter tota monita. Non fragilitas, quia non adhibuisti remedia firmandi fragilitatem &c. Segn. Manna 3. Martii, n. 3.

*Scrutabitur Jerusalem in lucernis.* Lucerna: sunt vita Christi & Sanctorum, sic S. Joannes Baptista vocatur *Lucerna ardens & lucens.* Ideo Sancti intererunt iudicio, ut suis virtutum exemplis confundant peccatores. Cum igitur dicit peccator excusare se volens, non potui servare castitatem, Divinus Iudex ostendet ei S. Augustinum in libidinem propensissimum; ostendet Magdalenam, Pelagiam, aliosque dicendo, potuisses vincere per eandem gratiam, quam tibi preparavi, & dedissem, si eandem humiliter & instanter petisisses, &c. C. Sophon. 1. vers. 12.

111. *Non mitigabitur per intercessionem Sanctorum.*

Erunt signa in sole: nunc sol in signis est: sed tunc signa in sole: signa sunt Sancti: signum magnum sanctissima Virgo. Nunc sol iustitiæ Christus est in signis influens gratias juxta intercessionem Sanctorum. Sed tunc erunt signa, hoc est, Sancti in sole, Christo: *Absorpti sunt*

*sancti patre & iudices eorum,* hoc est, inquit S. Bernardus, absorpta est voluntas Sanctorum a voluntate Christi ad effectum iustitiæ. S. p. 132. f. 416. in fine.

Dies illa iudicii vocatur *die vindictæ*: quia tunc Iudex non acquiescet cuiquam precibus: est enim Sancti fese offerrent, quod velint in terram redire, tantum ut pro anima tua satisfacerent, Deus non acciperet, &c. Segn. Manna 9. Jul. n. 4. Confidit fere peccator in patrocinio Beati Martini? errat! Paulus ante defensor patriæ dein proditor detecto crimine fugit in templum Palladis: Senatus decrevit quidem sacri loci asyllum non violare, sed iussit obmurari portam templi, ut adeo Paulus fame interiret: dicitur quoque ejus Mater primum lapidem ad obtundendam portam apportaverit: ita B. V. erit prima omnium accusatrix: Foresti T. 2.

Udo feceratis: Antistes Magdeburgensis noctu & lecto rapitur, & adstante Sanctorum corona a S. Mauricio decapitatur in sua Ecclesia. Nemo Sanctorum intercedebat, sed omnes clamabant: *Reus est mortis.* C. Joel. 2. v. 31.

112. *Confundet peccatores intuitu suorum scelerum.*

In Paradiso Adam fugit coram facie Dei, qui tamen venit ibi, ut eum contingeret; quid fiet, si veniat pudenda detegere, ait S. August. S. p. 135. f. 425.

Hæc confusio intolerabilior poena erit, quam ipse infernus, dicente Augustino: *Majus tormentum malis erit, furor Domini tolerare, quam cruciatus infernales perpeti.* S. p. 135. f. 425.

*Confundemini, ut queruc desuper in foliis, quæ in hyeme denudatur:* Reos labit condensa, ubi Titelmannus: Silve condensa dicuntur propter frondium densitatem. Ita Deus Iudex denudabit conscientias peccatorum &c. S. punct. 134. fol. 423.

Carolo V. dum per fenestras ludos spectabat, quidam aulicus aliquot aureos in mensa jacentes furatur: Imperator vidit furtum retro factum in fili anuli gemma, dein furem aureos expromere, ac ab aula facessere jubet. Quanta confusio fuerit hujus aulici ex eo patet, quod post paucos dies fuerit mortuus &c. D. 6. 25.

Hinc conscientie remorsus erit peccatoribus in iudicio poena intolerabilis. Paoletti Dom. 1. Advent.

H. 2. Chry.

*s. Greg.* Chrysaorius Usurarius, cuius terribile  
*homo. 17.* iudicium S. Gregorius describit, videns  
*in Evang.* & audiens sua peccata in morte ejulat,  
& ululat. C. Joel. 2. v. 31.

*Sup. 1.* *Scrutabitur Jerusalem in lucernis:* Deus  
Judex scrutabitur arcana mentium, & reve-  
labit abscondita tenebrarum, & mani-  
festabit consilia cordium, hæcenus stуди-  
oſe celata. Lucerna scrutans & illu-  
minans est I. Ipsa mens Dei omniscii.  
2. Angeli & demones testes. 3. Ratio  
& conscientia. 4. Lex & Verbum Dei.  
5. Vita Christi & Sanctorum. C. So-  
phon. 1. v. 12.

*Apoc. 20.* *Vidi mortuos magnos, & pusillos stan-  
tes in conspectu throni.* Per magnos & pu-  
sillos intelligi possunt iusti, & impii: hi  
enim intuitu illorum confundentur: Ne-  
roni opponetur Henricus, impiis præfu-  
libus Gregorius, Carolus Borromæus:  
Impiis officibus Crispinus, Aratoribus  
Ildorus &c. M. conc. 6. aff. 2. nu. 9. seq.  
Vide Titulum: *Sancti cælestis.*

Improvidi famuli, aut ancillæ, quæ  
in stabulis, aut horreisque candelis & lu-  
mine incaute incendium causant, quan-  
to magis culpam suam celare, & ignem  
per se suffocare conantur, tanto magis  
flamma & fumo exsuperante produntur:  
ita in iudicio, qui vocatur dies ignis,  
tanto elarius peccata prodentur, quanto  
solentius peccator suas turpitudines oc-  
cultare conabitur.

*113. Fædium erit durius quam inf-  
delium.*

*Cum iratus fueris Misericordie recorda-  
beris,* id est in die iræ recordabitur Iudex  
beneficentiarum Christiano homini col-  
latorum. Recordabitur tuæ creationis,  
tuæ Redemptionis, tuæ vocationis ad fi-  
dem, tuæ conservationis, tuæ commu-  
nionis & participationis Sacramentorum;  
& hæc omnia peccatum, ac iudicium  
tuum aggravabunt, &c. Segn. Manna 8.  
Junii n. 3.

Imperator Mauritius ob immiserico-  
diam suam ad iudicium citatus, & cer-  
to periturus, rogat temporaliter potius  
quam æternaliter puniri. Et ecce; a Pha-  
sa, & imperio, & vita cum uxore & pro-  
bitur spoliatur. C. Joel. 2. v. 31.

S. Hieronymus læsione Ciceronis ni-  
mium delectatus ad Christi tribunal ra-  
pietur, & ibi audit: *Ciceronianus es, non  
Christianus;* ideoque acriter vapulavit,  
ut ipse refert ad Eustochium Virginem.  
C. Joel. 2. v. 31.

Peccatum Christianorum, si cætera sine  
paria, gravius est, quam infidelium pro-  
pter elariorem agnitionem rerum cæle-  
stium, & propter specialem ingrati-  
tudinem: ergo etiam iudicium hominis Chri-  
stiani erit durius, quam infidelium; cui  
enim plus datum est, plus requiritur ab  
eo. Ideo etiam fideles profundius in in-  
fernum demergentur, quam infideles.

Cælestis Patria est instar munimentum  
validissimi, quod vi expugnari debet,  
Regnum colorum vim patitur, & vio-  
lenti rapiunt illud. Jam si cæcus & infir-  
mus nullum conatum adhibet, ut regnum  
cælorum expugnet, tolerabile malum est:  
verum si cordatus miles, robustus & om-  
ni armorum genere instructus est, me-  
ra desidia, & negligentia nec manum  
nec pedem moveat ad expugnandum hanc  
urbem, extremo supplicio dignum est  
delictum. Homo infidelis cæcus, & in-  
firmus est, Christianus robustus & ar-  
matus: igitur hujus ignavia severiori  
iudicio punietur, quam illius.

#### JUDICIUM UNIVERSALE.

*114. Cur præter particulare ba-  
bendum sit.*

**S**ANCTUS THOMAS affert rationes iudicii  
Universalis: Primo: Ut boni, vel  
mali effectus operum humanorum pateant.  
Secundo: ut hominibus iustis honor red-  
datur, qui a potentibus, & peccatoribus  
sæculi illis fuit negatus. Tertio: Ut tam  
corpus, quam anima simul præmium, aut  
pœnam recipiat. Quarto: Ut appareat  
honor Christi, qui coram toto mundo  
despectus coram toto mundo glorificari  
debet. Quinto: Ut manifestetur Provi-  
dentia Dei, qua mundum gubernavit.  
B. fer. 31. §. 1. Ser. 32. n. 1.

Homo sæpe comparatur arbori: *Video  
homines sicut arbores ambulantes.* Bona  
arbor bonos fructus, mala malos facit:  
quæ autem malos fructus profert excide-  
tur, & in ignem mittetur. Cur arbor  
comparatur homo arbori? Resp. Sicut  
arbor, licet excidatur, altero tamen an-  
no in nova germina iterum propullat:  
ita opera hominum, ut jam diu mor-  
tuorum, varios adhuc, eosque seu bo-  
nos, seu malos effectus post se trahunt,  
qui in iudicio universali manifestabun-  
tur. B. fer. 34. n. 3. seq.

Sancti & iusti in hac vita injuste per-  
secutionem passi in die iudicii honorem  
suum recuperare debent; est enim dies  
iudi-

#### JUDICIUM UNIVERSALE.

iudicii dies restitutionis omnium, &c. B.  
fer. 37. n. 5.

Quomvis homo per mortem abripiatur,  
in multis tamen adhuc est superstes: est  
superstes in bonis & malis exemplis, in  
educatione liberorum, in sepulchris precio-  
sis, in operibus litterariis, & in  
opera adhuc producent effectus fœder-  
ales: ideo erit iudicium effectus san-  
ctos: iam effectus suam remunerationem  
fortiantur. Segn. Manna 13. Majii 5.

*115. Habebit signa prodroma terribilia.*

Signum iudicii extremi erit persecutio  
Antichristi, sic dicti, quia in omnibus  
erit antithesis Christi Domini: ex adul-  
terio Babylonie natus veneficorum cory-  
phæus erit: Judæos ad se trahet, & ma-  
gno deceptoris virtutis splendore multos  
etiam christianos pervertet. Suos seque-  
ces honoribus & divitiis, adversarios tor-  
mentis afficiet, imagines, ac ceremonias  
Christianæ legis omnes abolēbit, & falsa  
plumbo ligato manus lavare: vestes ab-  
belline non aqua sed igne purgantur.  
VV. ar. disc. font. 21. Ex. 4. sed illi igni  
nihil resistet.

Signum alterum extremi iudicii erit  
turbatio siderum, ac elementorum: *Erunt  
signa, in sole & luna, & in stellis.* Sol  
obscurabitur, stellæ decedent: Aer  
turbabitur procellis, aquæ fonitæ, & æ-  
stu, terra motibus: ignis undique e  
montibus erumpet. Sed cur Deus in has  
innocentes creaturas sævit? audi in simi-  
li: sicut maritus zelotypus non tantum  
in adulteram sævit, sed & in mundum  
illius muliebrem: ita ira Dei non tan-  
tum in hominem, sed & in creaturas,  
quibus ad peccata abusus est, exarde-  
scet, &c. Ser. 31. §. 3. Sanchez  
p. 8. c. 2.

Signum tertium extremi iudicii erit  
destructio mundi, & hæc certe ex variis  
signis & indicis procul abesse non po-  
test: 1. Quia sex diebus conditus est  
mundus: ergo totidem millibus annorum  
consistet; mille enim anni ante Deum  
sicut dies unus. Septima dies est Sabba-  
tum, seu æterna requies. 2. Tres in mun-  
do successively fuerunt leges seu status,  
lex naturæ, Moysis, & Christi: sicut er-  
go duæ primæ durarunt bis mille annis;  
ita & Lex Christi non durabit ultra an-  
nos bis milles. 3. Mundus jam vide-  
tur consensescere, deficit in fertilitate  
naturæ; in ætate hominum, in virtute,  
in sinceritate amicorum, alisque. C. in  
Apoc. 20. v. 5. Haud procul igitur ab-  
est, ut dixi, destructio mundi, eaque fiet

*D. Claus Spicil. univ. Paris. III.*

per ignem: ignis enim ex quatuor mun-  
di partibus vel liquefactum metallum  
incurret, omniaque exuret &c. B. fer. 31.  
§. 4. Vide C. in Apoc. 6. v. 17.

Basiliius Moscoviz Dux conspirationis  
socios omnes delevit, cum familia, uxore,  
liberis, servis, pœcudibus, canibus,  
felibus, imo dum milites infanti in cuncta  
blande sibi ardentem parcerent, ipse in-  
stantem tribus vulneribus confectus, & mi-  
lites morti addixit. T. nu. 407. Sic Deus  
mundum destruet, quia peccatorum servivit.  
Persecutio Antichristica erit terribi-  
lis. C. 2. Theffal. 2. v. 3.

Plinius cum Vesavii incendium cinerem,  
& saxa ignita ejaculantis, & sulphuris im-  
brem ad multa miliaria propagantis con-  
spicere, metu moritur. Quid fiet tum,  
cum tota natura patietur. D. 8. 14.

Dantur aliquæ res, quæ igni nostro  
elementari resistunt; sic Aristoteles tes-  
tatur se vidisse igne muscas majores  
sine læsione: quidam homines vestis sume  
plumbo ligato manus lavare: vestes ab-  
belline non aqua sed igne purgantur.  
VV. ar. disc. font. 21. Ex. 4. sed illi igni  
nihil resistet.

*116. Erit terribile supra captum.*

Dies illa tam terribilis est, ut Joel bal-  
butire incæperit, dum de ea loqui vole-  
bat: *AAA, prope est dies Domini. Jere-  
mias terribilem:* Sophonias, *dum iræ,  
litas, diem crudelē* vocat. Hujus diei  
memoria eremos Anachoretis, cælem San-  
ctis: eontra hujus diei oblitio infernum  
damnantis complevit. B. fer. 31. n. 6.

*Stilla ad Africum:* ubi Hugo dicitur  
stilla, quasi dicat: quidquid dixeris, aut  
ostenderit terribilitatis, non est nisi mo-  
dica stilla, &c. M. conc. 6. aff. 2. n. 1.

S. Job lamentatur: *Quid faciam, cum  
surrexerit ad iudicandum Deus?* Ecce; vel  
hoc solum terribile est, quod Christus  
exuet munus Advocati, cuius gratia jam  
plus non recipis, quam merearis, & as-  
sumer munus Judicis, &c. Segn. Manna  
3. Martii n. 1. Vide Sanchez par. 8. c.  
4. Paoletti Dom. 1. Adventus.

Bogoris Rex Bulgarorum depic-  
tici imaginem videns adeo exhorruit,  
ut interpesta nocte Baptifimum suscep-  
rit. E. imago n. 12.

Quidam Hispanus pro Episcopatu Ge-  
nevensi examinatus, cum vidit confestum  
Pontificis Clementis VIII. & Cardina-  
lium coram quo respondere deberet; ex  
metu deliquium passus non se collegit,  
sed mortuus est. T. n. 107.